BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)

Brixen, um 1450 Seite 123v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

pennas per quattuor partes habebant. et iuncte erant penne eorum alterius ad alterum. Non revertebantur cum incederent. et unumquodque ante faciem suam gradiebatur. Similitudo autem vultus eorum facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. facies autem vituli a sinistris ipsorum quattuor. et facies aquile desuper ipsorum quattuor. Et facies et penne eorum extente desuper. ℟. Due penne singulorum iungebantur et due tegebant corpora eorum. Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur nec revertebantur cum ambularent. Et similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. et quasi aspectus lampadarum. ℟. Hec erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis. et de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cumque aspicerent animalia apparuit rota una super